Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

P.Terentij sex:|| quae extant: Comoediae. An=||dria. Eunuch[us]. Heautontimo=||rumenos. Adelphi. Ecyra.|| Phormio.|| ... [qui]=||b[us] erudita Philippi Melę Brettani p̃posita est epi||stola ... || ...

Terentius Afer, Publius

Lipsiae, 1519

De genere

urn:nbn:de:bsz:31-114211

Visual Library

Tragœdia ab hirco, aut a fece, ita Satyra a Satyris hoc eſt ruſticis illotis & petulantibꝰ eſt appellata. Vł a Satyra lance, quæ referta uariis multiſqꝫ primitiis, in ſacris inferebaẗ. Notandū illud, quod in comœdia amores fere & uirginū raptꝰ. In Tragœdia luctus, exilia, cædes introducunẗ. In Comœdia pene ſemper exitus læti. In Tragœdia triſtes, & liberorū fortunarūqꝫ priorum impar agnitio

DE GENERE.

Duplex eſt Comœdiæ genus. nam Comœdiarum, alia Pallata Togata alia. Palliata Comœdia eſt quæ ſecundum ritus & habitus Palliatorum. i. Græcorū (nam Græci ſupra tunicā palliū ferebāt) ſcœnicis, atqꝫ Græcis argumentis habitū palliorꝝ deſyderat. q̄ primū a Græcis in latinū uerſa eſt a Liuio Andronico, quē młti deīde ſunt ſecuti. Ceciliꝰ ſcilicet, Plautꝰ, Terentiꝰ, Turpilius, Trabea, & plures alii. Palliatarꝝ fabłarum genera quatuor exiſtūt. Tragicum in quo heroes & reges introducebanẗ. Comicum Græcos ritus & Græcas exprimebat perſonas. In Satyrico fere Satyrorꝝ perſonæ, & ridiculæ Satyris ſimiles ludendi iocādiqꝫ cauſa inducunẗ, ut ſpectator inter Tragicas ſeriaſqꝫ iocis & luſibus delectanẗ. Mimica uero fabła eſt ſermonis cuiuſlibet motus, ſine reuerētia. Togata Comœdia eſt q̄ ſecundū ritus & habitus Togatorꝝ, id eſt Romanorꝝ ſcripta eſt. Scænicis atqꝫ latinis argumētis togarū habitum exprimēs.

Togatarū fabłarum ſpēs ſunt quatuor. Nam aliæ prætextatæ, in quibꝰ imperatorꝝ negocia agebanẗ. dictæ a p̄texta qua reges uł magiſtratꝰ Romæ utebanẗ. Tabernariæ humilitate perſonarꝝ & argumentorꝝ ſiłitudine Comœdiis pares dicunẗ. in quibꝰ nō magiſtratus, regeſqꝫ, ſed humiles hoīes & priuatæ domus inducuntur. q̄ quod olim tabłis tegerenẗ, communiter tabernariæ uocatæ ſunt. Atellanæ a ciuitate Oſcorum Atella, in qua primū cœperūt, ſunt denominatæ. Similes Satyricis & Græcis fabłis Planipedes Græcis dicunẗ Mimi, ideo & latinis planipedes, quod Actores planis pedibus, id eſt nudis proſcœnium introirent, non ut Tragici Actores cum cothurnis, neqꝫ ut Comici cū ſoccis olim in ſuggeſtu ſcænæ, ſed in plano Orcheſtræ poſitis inſtrumentis Mimicis agebāt.

DE QVALITATE.

Comœdia aut motoria eſt, id eſt q̄ res turbulentas inducit, ut